

re, & prout corpus & anima sp̄ritu egent, ut ea vivificet. Veruntamen cum sit spiritus omnibus subtilior, ideo nihil ipsum separat, & corrumpit, prout corpus & anima separata sunt, & mortua, deinde vivificata: Spiritus autem non moritur. *Et ille*: Narra igitur mihi, utrum & ignis & eius naturæ unus sit ordo post hæc an plures? *Respond.* Non est unus ordo, verum plures. Primum igitur ordinem calidum & lenem philosophi nuncupaverunt, ut ignis lucernæ, & fimi equorum: Secundum verò calidum fumo carente de accensione: Tertium quoque ignem carbonis. Quartum flammam minorem. Quintum mediocrem, & Sextum intentissimam flammam, inter quos ordines assandi, & sublimandi nonnulli sunt termini, quos experientia demonstrat. *Et ille*: Narra igitur mihi, quicquid sit ignis principium, aquæ verò quid sit principium, aëris & terræ similiter? Scito quod terra prius aqua fuerat, deinde in lapidem versa est, & petrosa facta est: Aqua vero prius aër fuerat, deinde liquefactus est & spissatus, & in aquam versus est: Aëris autem principium ignis eræ, ignis vero suo principio caret creatore excepto. Et nosce quod terra est corpus aquæ, de terra autem fuit homo: Ignis autem cum tribus fieri non desistit elementis, quo & tria persistunt: Hoc igitur notum habeas. Ecce tuum patentissimè tibi propositum exposui. Ora igitur, ut Deus tibi subsidium largiatur, quo annuente ad propositum pervenies: cuius nomen sit benedictum per omnia tempora.

AMEN.

*Explicit Tractatus Micreris.*

H

PLA-

*Gradus ignis*